



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 89. Turnonius Patriarcha ad Imperatoris alloquium admissus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Turnonius in suo decreto in testimonio Bouchetum, & Bartoldum Jesuitas adduceret, cunctosque decreti sui articulos Agemalensi Synodo aliisque Conciliis Goæ habitis conformes diceret, Lainsius asserere non dubitavit, *Aberrasse a vero Goana Concilia in usibus Indicis dammandis*, & hosce duos Jesuitas æque ac ceteros Missionarios Turnonio obtemperantes, in horum rituum notitia parum exercitatos esse, mox tamen sui oblitus, Boucheti testimonium, & Bartoldi attestatum eo fine adduxit, ut hosce ritus in decreto prohibitos tolerandi necessitatem per idoneos testes probaret. Concludit denique Lainsius, quod tam Agemalensis Synodi, quam Turnoniani decreti observantia *Pietati Christianæ magis sit contraria*, legi Divinæ & naturali adversa, ad promovendas seditiones, vexationes & strages apta, proin absque peccato mortali ea, quæ ibi præcipiuntur, observari non possint.

Sæc. XVII.  
A. C. 1705.

Pag 223.  
172. 639.  
601. 236.

Pag. 596.  
450. 473.

§. LXXXIX.

*Turnonius Patriarcha ad Imperatoris alloquium admissus.*

Tandem Turnonius Patriarcha ad Re- *Gonzalez*  
giam delatus est, ubi cum Impe- *Relat. l. 4.*  
ratore de statu Missionum & de diffi- *pag. 23.*  
diis

Sæc. XVII. diis inter Jesuitas Gallos, & Lusitanos  
A. C. 1705. exortis conferens, insolitis prorsus ho-  
 noribus, ac singularis benevolentia  
 significationibus excipiebatur. Haud  
 dissimulanter hic Princeps testabatur,  
 quod summum Pontificem, eoque  
 tot Reges ac Principes eundem tan-  
 quam Patrem suum venerarentur, pro  
 magno sane Monarcha haberet, arctam  
 que cum eo societatem, atque amicitia  
 fædus inire desideraret: quinimo mu-  
 nera a Pontifice submissa, atque a Tu-  
 nonio oblata acceptare recusabat, ni-  
 prius Patriarcha Virum nominasset,  
 per quem vicissim dona summo Pontifi-  
 ci destinata Romam mittere posset.  
 Votis igitur Imperatoris cedens Tu-  
 nonius, nominabat Sabinum Marianum.  
 Hujus Viri selectus oppido gratus erat  
 Imperatori, qui eidem literas ad Pe-  
 pam dedit, petens, ut sibi tres Musicos,  
 tres Mathematicos, tres Medicos, ter-  
 tidemque Chirurgo, qui pariter Nisi-  
 tionarii esse possent, ac plenam in Im-  
 perio morandi libertatem haberent, sub-  
 mittere velit: Insuper ad Jesuitarum  
 preces Imperator velut Interpretem Sa-  
 bino adjungi permisit P. Joachimum  
 Bouvet, non tamen voluit, ut hic Le-  
 gatum, ultra maris portum comitaretur,  
 quamvis postea hic ab Imperatore im-  
 petrasset, ut Romam usque venire vi-  
 leret.

leret. Tanta Imperatoris benevolentia Sæc. XVII.  
 excitatus Patriarcha, impense ab eo A. C. 1705.  
 petiit, ut pro Missionariis *de Propaganda*  
 Domum in Regia erigere sibi liceret:  
 Annuit Legati precibus die vigesima  
 septima Decembris Imperator, qui ea-  
 dem die PP. Thomæ Pereyra & Fran-  
 cisco Gerbillonio Jesuitis se hanc gra-  
 tiam Turnonio secisse, significavit. Ast  
 horum prior opposuit, Sacerdotes re-  
 cens ad Imperium delatos, homines  
 esse ex variis Regnis collectos, qui non-  
 nisi ad turbandos Imperii usus, necnon  
 ad patriæ leges, ritusque in Europa  
 proscribendos adventassent. Ea res  
 tantopere Imperatorem commovit, ut  
 non modo concessionem factam revo-  
 caret, sed etiam deinceps remissius stu-  
 dium erga Pontificem exhiberet: nihilo-  
 minus Mense Februario anni sequentis  
 Mandarinum quemdam ad Turnonium  
 ablegavit, qui eidem significaret, ab  
 erigenda Domo Imperatorem non esse  
 alienum, dummodo ceteri Missionarii  
 sese non opponerent; nolle enim se qui-  
 busdam gratificari, & alios præcipue  
 dudum sibi devotos offendere: His pro-  
 positis Mandarinus Turnonio author  
 erat, ut cum PP. Pereyra, Grimaldo,  
 Antonio Thomæ, & Gerbillonio de li-  
 bello supplici desuper concinnando con-  
 ferret, si tamen suam supplicationem  
 ab

Sæc. XVII. ab Imperatore benigne excipi velit  
A. C. 1705. Igitur Patriarcha hosce quatuor Jesuitas  
 accersivit, rogans eos, ut ad conficiendum hunc libellum suam quoque jungerent operam. Verum P. Grimaldus venire renuit, P. Pereyra omnino tacuit, & reliqui deliberandi spatium petiere, una omnes autem mox Imperatorem adierunt: biduo post nuntiatum Legato, nolle Imperatorem, ut Jesuitæ in præfato libello partem haberent: ob eo autem temporis articulo Imperator Turnonio sese minus propensum exhibuit; fertur etiam, Pereyram Imperatori suggestisse, Turnonium in Sina venisse, ut Jesuitas inde proturbaret. Id vero, cum audieret natu maximus Imperatoris Filius, ad Patrem Barcos indignabundus dixit: *Vos gravi odio Patriarcha dissidetis, negante id Jesuitæ Princeps petiit, ut sua dicta jurejurando firmaret, quod tamen ille facere recusabat (\*).*

(\*) Hæc omnia relata habentur a P. Francisco Gonzalez a S. Petro Missionario Sineensi qui ex mandato summi Pontificis succinctam suam relationem Romæ edidit, eamque desumpsit ex vastissima Historia, quam omnes Missionarii a suis Missionibus ejecti in Macæonensi Urbe conscripserunt.